

Psalmus responsorius

Ps 89, 3-4. 5-6. 12-13. 14 & 17 (R̄.: 1)

R̄. Dómine, refúgium factus es nobis
a generatióne in generatióne..

³ Redúcis hóminem in púlverem;
et dixísti: «Revertímini, filii hóminum».

⁴ Quóniam mille anni ante óculos tuos
tamquam dies hestérna, quæ præteriit,
et custódia in nocte. R̄.

⁵ Auferes eos, sómnum erunt:

⁶ mane sicut herba succrésens,
mane floret et crescit,
vésperè décidit et aréscit. R̄.

¹² Dinumeráre dies nostros sic doce nos,
ut inducámus cor ad sapiéntiam.

¹³ Convértere, Dómine, úsquequo?
Et deprecábilis esto super servos tuos. R̄.

¹⁴ Reple nos mane misericórdia tua,
et exsultábimus et delectábimur
ómnibus diébus nostris.

¹⁷ Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos,
et ópera mánuum nostrárum confírma super nos
et opus mánuum nostrárum confírma. R̄.